

Caspar March

**Programma Quo Universitatis Rostochiensis, P.T. Rector Caspar March/ D. Med.
& Math. Prof. P. Ad Exequias quas Adolescenti ... Johanni Friderico Reuchlino,
Suo ex Sorore Nepoti Vir ... Dn. D. Johannes Georgius Dorscheus, Theol. Prof.
Hodie ... parat ... Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub
Sigillo Academicico d. XXI. Maii, Anno M. DC. LIIX.]**

Rostochii: Kilius, [1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776824775>

Druck Freier  Zugang



March, C.

in

J. F. Reuchlin.

Rostock, 1658.

35.





60.

PROGRAMMA
Quo
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS, P.T.
RECTOR
CASPAR DORSCHEUS/D.



& Math. Prof. P.

Ad
Exequias

quas

Angeli Scienti, dum vivebat, egregio
& optimæ omnino spei

**JOHANNI FRIE-
RICO REUCHLINO,**

Suo ex Sorore NEPOTI

Vir admodum Reperendus, Amplissimus & Excellentiss.

Dn. D. JOHANNES GEORGIUS
DORSCHEUS, Theol. Prof. primarius, & Con-
sistorii Ducalis Assessor gravissimus

Hodie horâ mediâ primâ in Æde Jacobæ parat,
frequentiâ suâ cohonestandas,

**Omnes omnium ordinum Ci-
ves Academicos studiosè ac pera-
manter invitati.**

ROSTOCHI, Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.



Visquis hoc verno anni tempore lu-
xuriantes florum elegantissimorum
multitudine arbores cōspexerit, fre-
tus communiori naturae cursu, actu-
tum judicabit, copiosissimos his ipsis subnascitu-
ros fructus, quibus ad maturitatem proiectis e-
gregiē frui mortalium genus possit. At falli hōc
ipso facillimē potest, ut solent sere pleraq; judi-
cia subita & præcipitata nimis. Continget n. for-
te, ut vel exstus aëris major, quam cujus sustinere
vix poterunt teneriora fructuum rudimenta, suc-
cedat, torrendoq; nimium radicale humidum, &
evocando simul Calidum vitale, enecet ista quasi
in primō germine, nec ad ullam suę speciei con-
gruam perfectionem vel tendere sinat; vel si istud
maliū in tenerissimo statu non obvenerit, sed omnia
egregiē sese habeant, eantq; felici prorsus sydere
fructus ejusmodi per gradus ad exoptandam ma-
turationem, fiet fortassis ut vel grandine percussi
decidant, vel turbinis interveniente violentia
à fronde avellantur prius, quam usui huma-
no existant commoda. Aut fiet etiam, ut subor-
tā intus putredine nascatur vermis sensim interi-
ora exedens, vitalemq; omnem vigorem destru-
ens, decolletq; adeo iterum spes ante concepta,
fore ut debitum perfectionis gradum consequen-
tis jucunde atq; utiliter frui liceat. Hauradmo-
dum

dum absimile quid arborum hisce fructibus, illi
preciosissimi Matrimonii fructus, humanæ sobo-
les, experiuntur. Vix quisquam est, qui vel con-
spectis primùm in hac mundi scenâ hisce conju-
galis amoris effectibus non optima statim de iis
sibimet pollicetur, speretq; eos usui & emolu-
mento tum sibi, tum Publicæ Rei quondam futu-
ros. At bone DEUS, quam varii casus spes elu-
dunt, frustraturq; etiam confirmatas optimorum
Parentum expectationes. Ut ne enim nunc de
Politicis Liberorum corruptelis dicam, quarum
tam innumera varietas est, ut stylo eas omnes &
singulas vel delineare velle res futura esset immensi
laboris, nec unius programmati materia, (sævit
n. hæc nociva nimium pestis in omnem omnino
ætatem singularibus ubiq; & diversissimis modis)
hòc loco vitæ potius quam morum documenta
sola paucissimis delibabimus. Evenit enim sæpe
numero, uti optimè sanis natalibus ipsimet inco-
lumes prognati liberi, ut ut egregiæ valetudinis
speciem præ se ferant, ingeniumque simul ostendan-
t ad præclara quævis aptissimum, in teneri-
ma statim prima ætate variarum ægritudinum ve-
luti tempestate quadam tententur, quæ succum
omnem vitalem exhaustit, spiritusq; vividos dis-
pellit, absunit, extinguit, ut perire ipsos in primo
vitæ germine necessum sit, antea quæ vel adspiri-
rare quodammodo possint ad eam perfectionem,
quæ

quâ usui quondam Patriæ ac Parentibus essent futuri. Quod si in hoc felices aliqui sunt, ut citra ejusmodi morborum pestiferos impetus primum pueritiae florem expediant, jamq; maturescere ad sensum deprehendantur, atq; id pedetentim perfectionis nancisci, quo jam tum oblectare suos, & prodeesse quodammodo etiam aliis possunt, pariter tamen neq; in hoc statu sunt extra periculum: Etsi n. cum robur vixæ auctius habeant, obveniunt tñ. Sèpè procellæ morborum graviores, qui symptomata de lese, multiplices veluti grâdines, spargunt, quibus non uno in loco vehementius concussi, cadere coguntur, colliturq; subito spes omnis, quam de jucunda urilique eorum propediem experiunda fruitione conceperamus. Ut racciam externas violentias, quib; malè feriati non nulli, & scelerato furore rabidi sèpius maturitati etiam proximos è vitâ miserrimè tollunt, atque à charissimis Parentum amplexibus, velut improvisus ab arbore fructus turbo, facinorose divellunt. Quib; omnibus aliud insuper accedit, quod in nostra impræsentiarum cōparatione ultimum esse voluimus infortunium, si nimirum latens in corpore putredo paulatim interiorum viscerum vires expugnet ac destruat, ut vel lentatabe deficiat, vel irruentis insperatò morbi injuria, cui resistendo impar tum existit internum robur subito succumbat, pereatque itidem spes omnis quâ tum

tum de ingenii præclaris sæpe dotib⁹. tum de corporis vigore egregios propemodum fructus præstolamur. Atq; hujus quidem modò recensitæ fragilitatis humanæ, spes omnes nostras in tam incerto collocantis, exemplum denuo nobis exhibet præsens funus Adolescentis dum vivebat probi pariter atq; erudit⁹, JOHANNIS FRIDERICI REUCHLINI, cui ut ut ea contigerat felicitas, quod superatis teneræ pueritiae periculis, eos jam ætatis annos consequi potuerit, in quib⁹ non adolescere solum, sed & maturescere ingenio ac moribus visus est, jamq; tum spem non exiguum præbere potuit, fore ut eleganter literatura, qua modo imbuī incipiebat, prodesse paulatim aliis & publico deinceps bono inservire valeret; Non tñ. evitandum fuit fatale illud malum, quod à latenti quodam iniùs sanguinis & viscerum vitio, superveniente gravioris ac improvisi morbi vehementiā dependere diximus: quod omne ex vite mortisq; ejus brevi historiā apparebit: Nasus quippe est in celeberrima ac libera Imperii urbe Argentorato Annō supra millesimū sexcentesimo quadragesimo secundo, ipso Natalitiis Salvatori nostro sacro die XXV. Decembris. Patre, Viro honestissimo & integerrimo FRIDERICO REUCHLINO, Cive & Sutore Argentoratensi; matre vero fœmina pia & pudicissima MARTHA DORSCHEA, magni illius & nominis sui celebri-

rare

tate per orbem noti Theologi JOHANNIS GEORGII DORSCHEI, olim in Argentoratensi,
nunc Numinis quadam fatâ in nostrâ hac Rostochiensi Academia Theologiae Professoris, Illustrissimorum Ducum Mecklenburgicorum Consiliarii, & Ducalis Consistorii Assessoris grayissimi Soror. Avum Paternum habuit M. LEONHARDUM REUCHLINUM, priuîm Pastorem Bispontinum, post deformationem ejus Ecclesiæ verò, Ecclesiæ Kürzellanæ in Brisgoia, & denique Gertsheimensis in Alsacia Pastorem, abne potem ex fratre Dionysio, Pastore Palatino, magni illius JOHANNIS REICHLINI alias CAPTIONIS, Phorcensis, Triumviri Sveviæ sub Maximiliano I, et Hebraicarum literarum in Germania instauratoris nominatisimi. Aviam v. Paternam SALOMEN Mittmannin. Avus maternus fuit LAURENTIUS DORSCHEUS, civis Argentoratensis in tribu Suroria primarius. Avia materna fuit MARIA, filia JOHANNIS FINGERLIN, Senatoris Argentoratensis & MARTÆ, JOHANNIS TSCHOPPERI, M. Stabuli Argentorat. Filiae. Hoc ortus Steinmate noster hic beatus modò JOHANNES FRIDERICUS, quartò post Nativitatem die piissimâ Parentum curâ, intercedente Sacri Baptismatis lavacro, in famigeratissimâ S. Nicolai Æde renatus est, & pietati, quantum in tenelula ætate fieri licuit sensim adsefactus. Post Parentum

rentum præmaturum obitum, Consilio & Auxilio
prædicti D. DORSCHEI, cuius filio unico cōjun-
ctus fuit, sub iisdem per multos annos Præcep-
ribus & Argentorati & hīc (neq; n. à latere filii ej9
unici divelli potuit ipse orphanus) in Latinis, Græ-
cis, gallicis haud contemnendos fecit profectus,
historicorum lectione exercitatus, catecheticis
imbutus & jam in organicis & philosophicis stu-
diis initium facturus. Verum aliter rem dispo-
suisse ex eventu visus est D. O. M. Calendis n. cur-
rentis adhuc Maji mensis, ex qualicunq; pedis al-
lisione decumbere cœpit, nec credi facile potuit
levissimam hanc ləsionem, importaturam ali-
quid periculj, præsertim cùm sedula Chirurgi ma-
nus fomenta & emplastra quæ profutura omni-
nō videbantur, subinde applicaret. Sed ut inspe-
ratō, & fere præter rationem multa eveniunt, ita
contigit etiam, ut superiori septimana febris ac-
cesserit satis vel à prima invasione vcheinēs & ma-
ligna (latens n. dudum in hoc corpore sanguinis
vitium, ex pallore & macie arguēdum, accensum
& exasperatum febre, quam dolor procul dubio
molestus, & inde nata indignatio excitaverant,
mali moris morbum fecit) quæ cum gravioribus
symptomatibus, vigilij puta continuis, tremo-
re artuum, æstu implacabili, deliriō, quod nec
sponte exortæ hæmorrhagiæ narum mitigabant
ullatenus, Vires adolescentuli teneras infestaret,
frustra

frustra adhibitis consilio nostro remediis legiti-
mis, expugnavit tandem, vicæq; finem imposuit
d. XVI. Maji post II. matutin. Nos Cives Aca-
demici, benè precemur animulæ, liberæ modo à
carnis mundiq; inquinamentis, corporiq; in quo
divinæ hæc auræ particula habitavit hactenus,
hōc in primis nomine honestius æstimando, ulti-
mum agite exhibeamus honorem, comitando id-
ipsum ad sepulturæ destinatum locum. Quod ut
majori, quam sæpe solet, frequentiâ fiat, Autori-
tas & summa in Rempublicam Christianam me-
ritâ Magni nostri D O R S C H E I, cui libet, spero,
nostrum abundè satis incitamento erunt: Acce-
dit quod idem ego à vobis, Cives optimi, publico
nomine, rogandô hortandôq; contendam.

P.P. sub Sigillo Academic o d.XXI.Maji,
ANNO M. DC. LHX.

Conventus fiet in Æde Mariana.










Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776824775/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776824775/phys_0016)

DFG

tum de ingenii præclaris saepe
poris vigore egregios proprie-
tatem. Atq; hujus quid
fragilitatis humanæ, spes on-
incerto collocantis, exemplu-
m habet præsens funus Adoles-
probi pariter atq; eruditii, JO-
RICI REUCHLINI, cui ut ut-
tas, quod superatis teneræ pu-
jam ætatis annos consequi po-
adolescere solum, sed & ma-
moribus visus est, jamq; tum
præbere potuit, fore ut elegan-
modo imbui incipiebat, pro-
& publico deinceps bono inse-
tn. evitandum fuit fatale illud
tenti quodam iniùs sanguini
superveniente gravioris ac in-
hementiā dependere diximu-
vitæ mortisq; ejus brevi histo-
rias quippe est in celeberrim
urbe Argentorato Annō supri-
mō quadragesimo secundi
vatori nostro sacro die XXV.
Viro honestissimo & integeri
REUCHLINO, Cive & Suto
matre vero fœmina pia & pud-
DORSCHEA, magni illius &



nde cor-
ctus præ-
recensitæ
as in tam
nobis ex-
vivebat
FRIDE-
rat felici-
culis, eos
uib⁹ non
genio ac
exiguam
itura, qua
atim aliis
et; Non
quod à la-
um virtio,
norbi ve-
omne ex-
oit: Na-
a Imperii
ū sexcen-
alitiis Sal-
is. Patre,
DERICO
oratensi;
ARTHA
icelebri-
rare